



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**D. Dionysii Carthvsiani, luculenta iuxta ac compendiaria  
in Acta apostolorum exegesis siue commentaria**

**Dionysius <Cartusianus>**

**Coloniæ, 1532**

**VD16 D 1926**

de sacrame[n]tis antiqu[a]e legis & rationibus eoru[n]dem ar. 6

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38702**

D. DION. A RICK. CART.  
DE SACRAMENTIS AN-  
TIQUE LEGIS & RATIONIBUS EORUNDEN.

Articulus sextus.

**V**olite negligere fratres. Vos enim elegit dominus, ut sicutis coram eo, ministretis ei colatis eum, & cremenis ei incensum. Que admodum ante innocentia, sacramenta veteris legis illa dicuntur, quae adhibebantur deo cultoribus per quandam consecrationem, qua cultui deputabantur diuino: qui generali modo pertinebat ad populum, specialiter autem ad templi ministros. Idcirco quædam sacramenta pertinebant ad populum, quædam ad sacerdotes atque Leuitas.

Vtrisque vero tria necessaria erant, videlicet, institutio in statu colendi deum, quæ fiebat per circumcisione quantum ad omnes, scilicet circumcisio enim nemo admittebatur ad quocunque legalium: sed quantum ad sacerdotes, fiebat per consecrationes eorum. Secundo necessaria fuit comedens agni paschalis quantum ad omnes, sed quo ad sacerdotes victimarum oblationis, esusque panum propositionis, & cæterorum quæ vobis depabantur sacerdotum. Tertiio requirebatur eorum remissio, per quæ ad diuinum cultum inhabiles reddebantur. Et sic quo ad populum, instituz erant quædam purifications a corporibus immundicis, expiations quo-

**Leuit.14.** pro peccatis: quantum autem ad sacerdotes & leuitas, erant ordinatae ablutione manuum ac pedum, & ratio pilorum: quæ omnia rationabiles causas habent, tam litterales, prout ordinabantur ad cultum diuinum propore illo: quam figurales, prout refereretur ad Christum. Ratio autem litteralis ac principalis circumcisio-

**Gene.12.** nis fuit, protestatio unius dei: & quoniam Abraham se ab infidelibus primo separavit, egrediens propriam cognationem terram ac domum, ideo primus circumcisio accepit. Hanc enim causam assignat Apostolus.

**Rom.4.** Ius ad Romanos. Signum (inquit) accepit circumcisio

## EPITO'. PARS SECVN.

nis, signaculum iustitiae fidæ . Et ut protestatio vnta  
tis diuinæ , fides q; Abrahæ in cordibus Iudæorum fir-  
maretur , data est eis lex circumcisionis . quemadmodū  
in Genesi scribitur: Efit pacium meum in carne vestra  
in secundus æternum. Fiebat vero circumcision die octauo,  
quoniam puer est ante valde tenellus . Nam & anima-  
lia non offerebantur ante diem octauum . Ratio fi-  
guralis circumcisionis est , quia figurauit ablationē cor-  
ruptionis factam per Christum: quæ in octauo die, vide  
licet , resurgentium statu complebitur: quando morta- Cor. 15.  
1. Col. 2.  
le hoc induit immortalitatem . De hac spirituali circu-  
cione ait Apost: Circumcisisti estis in Chfo circumcisione non  
manu facta in expoliatione corporis carnis , sed in cir-  
cumcisione domini nostri Iesu Christi . Similiter ratio  
literalis agni paschalis, erat commemoratio beneficij li-  
berationis ex Aegypto . Ratio autem literalis cur eden-  
do agnum paschalem comedebant azymos panes, quasi  
non habentes tempus fermentandi, & assim igni p quæ  
cibus velocius preparatur , & quod os non comminue-  
runt ex agno, fuit ipsa festinatio , qua cōpellentibus Ae-  
gyptiis festinanter egressi sunt, & ob rationem eandem  
accingebant renes, habentes calciamenta in pedibus, te-  
nentes baculos in manibus, quæ omnia eos concernunt  
qui sunt in promptu itineris . Vnde in una domo agnū  
edebant, quia non eis vacabat mittere in uicem partes .  
Per lactucas quoque agrestes signabatur amaritudo, q;  
passit fuerant in Aegypto . Mystice autem per  
immolationē agni paschalis figurabatur oblatio Chri- Exod. 12.  
1. Cor. 5.  
sti , ut ait apostolus. Pascha nostrū immolatus ē Christus . Ipse enim est verus agnus, qui absulit peccata mu-  
di . Sanguis vero agni qui lintebarit in superliminari-  
bus domorum, significat fidē mortis & sanguinis Christi  
in corde & ore fidelium, qua liberatur a potestate dia-  
boli . Quia etiam carnes agni comedebantur affæ igni,  
designat esum Christum in specie sacramenti , qui pro  
nobis tribulationem mortis, q; significatur per ignem ,  
exigne diuini amoris sustinuit . Comedebantur ve-  
ro carnes agni cum azymis panibus , ad fgu

Exod. 12.  
Nume. 9.  
Ioan. 19.

D. DIONY. A RICK. CAR.  
randum puritatem conuersationis fidelium Christi corporis sumentium, sicut monet Apostolus: Epulemur in azymis sinceritatis & veritatis. Lactucæ vero agrestes designant penitentiam peccatorum, quæ communicantibus necessaria extat. Accingèdi quoque sunt renes, virtute castitatis. Calciamenta vero pedum, sunt mortuum patrum exempla. Baculi autem qui tenebantur in manibus, pastoralem curam designant, & unitas dominus in qua agnus erat edendus, unitatem importat catholicæ & orthodoxæ Ecclesiæ, in qua Christi veneranda sacramenta sumenda sunt. Denique quedam nouæ legis sacramenta, sed non omnia, habebant in veteri testamento sacramenta sibi correspondentia, & se figurantia, ut baptismus circumcisionem, eucharistia agnum paschalem, penitentia omnes purificationes legales. Ordo, consecrationem pontificum Sacramentum vero confirmationis, quia est sacramentum plenitudi

Gala. 4.  
Heb. 7.

nis gratiæ, non habebat in lege antiqua sacramentum sibi correspondens. Nondum enim advenit tempus plenitudinis gratiæ dei, & tunc Apostolo, nihil ad pertinetum adduxit lex. Similiter uictio extrema cum sit immediata preparatio ad introitum glorie, cuius aditus per Christum primo paretur existit, non habebat in lege veteri sibi correspondentia sacramentum. Matrimonium autem fuit in veteri lege, prout est officiis naturæ non putatur sacramentum Christi atque ecclesiæ. Nam tunc dabatur libelles repudij, quod est contra rationem sacramenti. Cultus vero dei est duplex, videlicet interior, in mentis deuotione consistens, & hunc impediabant facta quibus homines pollui dicebantur idolatria, homicidium, adulterium &c. a quibus purificabantur homines per sacrificia, non quod sacrificia illa carnalia vim expiandi peccata habent, sed quia signabant expiationem per Christum futuram, cuius participes fiebant antiqui protestando fidem redemptoris in sacrificiorum suorum figuris. A cultu autem dei exteriori qui in sacrificijs oblationibusq;

Deut. 29.  
Lxxi. 11.

conficitur, impediabant homines per corporales immundicias, scilicet lepram, cadaver, contactum immundi,

E P I T O . P A R S S E C V N .

luxumq; seminis. Preciosas etenim res non solent com-  
tingere qui immundi sunt: & sic ad reuerentiam cultus  
diuini pertinuit, quod propter tales immundicias ho-  
mines a diuinis separabantur. Etiam ideo, q; tenus ex  
raro ad diuina accessu, magis reuerenter accederent dū  
liceret, semperque sacramenta illa magis honorarent.  
Omnis vero immundicæ tales corporales purificabāt  
per aquæ aspersionem. Sed quæ maiores extiterāt, ali  
quibus sacrificijs expiabantur. Spiritualis autem ratio  
hōw fuit ex eo, q; prædictæ immundicæ vicia peccata  
figurant. Nam lepra cūm sit contagiosa & diuerso  
colorum apparentiam habens, designat hæreticorum do-  
ctrinam, quæ serpit ut cancer, & veris fallit commisces  
Per immundiciam quoq; ex contactu immundis, signat  
consensus in peccatum alterius. Propter quod dicit A-  
postolus: Exite de medio eorum, & separamini ab eis,  
& immundum ne tetigeritis. Id est culpam alterius per  
consensum. Erat insuper immundicia quædam rerum  
animalium, vt lepra, domus, & vestis. Sic enim ex  
corruptione humotum & putrefactione oritur lepra ī  
corpo animalis: sic per corruptionem atq; excessum  
humiditatis vel siccitatis, fit interdū corrosio ī lapidi-  
bus domus seu vestibus, quam scriptura leprā appel-  
lat, quia omnis corruptio ad immundiciam pertinet.  
Et quia gentiles contratalem corruptionem de-  
os sibi ponebant atq; colebant, idcirco lex iussit domū  
in qua esset lepra perseverans, destrui & vestē comburi  
quatenus idolatriæ tolleretur occasio. Simili ratione  
exitit quædam immundicia vasorum quorundam. Fi-  
guraliter vero per lepram domus, signatur impuritas  
congregationis hæreticorum. Per vas quoque non ha-  
bens cooperulum figuratur homo non habēs taciturn-  
itas velamen, nec disciplinæ censuram, qui est velut  
vrbis patens & absque muris, inimicorum suorum sacu-  
lis patens. Offerebatur etiam vacca rufa, in memoriam  
detestationemque peccati adorationis consuatis vitu-  
li, & immolabatur extra castra, propter detestationem  
illius peccati. Vbi cunque vero fiebat oblatio pro peccata

.2. Tim. 2.

.2. Cor. 6.

Lett. 13.

Prov. 25.

Exod. 32.

D. DIONY. A RICK. C. R.  
to multitudinis, totum cremabatur extra castra, in sig-  
num remissionis omnium peccatorum. Et ideo sacer-  
dos digitum intinxit in sanguine, aspergens septies co-  
tra fores sanctuarij. Septenarius enim numerus totali  
tatē perfectionemque designat. Per vaccam autem ru-  
fam signatur Christus secundum infinitatem assum-  
pti, cuius sanguinem color vaccae figurat. Eratque  
vaccā ætatis integræ, quoniam omnis Christi actio ē  
perfecta, siue macula, & quæ non portauit iugum, quo  
nā Christus peccati iugo subiectus non fuit. Traditam  
tur quoque Eleazaro sacerdoti, Nā Christus manibus  
sumini sacerdotis tradebat, iam occidendus. Inmolata  
Num.19. batur etiam extra castra, Christus enim extra portam  
Hebr.13. crucifixus est. Omnia vero quæ ad Christi incarnatio-  
nem respiciunt, sunt igne cremanda, id est, spirituali-  
ter intelligenda. Sacerdos vero qui obtulit vaccam, &  
qui eam combussit, & qui cineres eius collegit, mundus  
fuit usque ad vesperam: quia Iudæi ex occidente Chri-  
Rom.11. sti culpabiles & immundi effecti sunt, usque ad finem  
saeculi, quā reliquæ Israel conuerterentur. Cinis etiā vac-  
cae combustæ collectus ponebatur in aq., & sic per asper-  
sionem mundauit, quia virtus passionis Christi aquis  
baptismatis vim regeneratiuam douavit. Sacerdos ve-  
ro obtulit primo p scipso incensum, p peccato, in comme-  
morationem peccati Aaron in conflatione vituli aurei.  
Arietē quoque in holocaustum, in signum principatus  
sui super populum. Ariès enim est ouium duxor. Dein  
de immolauit pro populo hircos duos, unum pro pec-  
cato multitudinis: cum enim sit hircus vile ac foedum ani-  
mal, peccatorum sordeum & abominationem expressit. Al-  
ter vero hircus ducebatur in desertum, quasi deferens ef-  
fectum sacrificij immolati, scilicet peccata populi, pro  
quibus prior hircus erat occisus, designans dimissi: pro  
quibus ipse quasi paenam exoluit, dum in deserto reli-  
ctus deuorabat a bestijs. Mystica autem ratio horum fuit  
Nam Christus designatur per vitulum propter virtutē,  
per arietem propter principatum, per hircum propter

EPITOM. PARS SECVN.

similitudinem carnis peccati. Christus enim immola- Esaie. 53.  
tus est pro omnium culpis delendis. Et quia in hora passio-  
nis diuinitas humanitatem quasi reliquit, solitam in-  
fluentiam subtrahens, idcirco per hircum ad deserta Lcuit. 13.  
tendentem ipsa signatur. Denique legis praecepto le-  
prosi mundabantur, id est, mundari ostendebantur.  
Primo enim laprosus purificabatur per hoc, quod mun-  
dus a lepra iudicabatur. Secundo autem purificabatur  
per hoc, quod humano confortio cultuque diuino re-  
stituebatur post dies septem. In prima vero purificati-  
one obtulit leprosus mundandus duos passerem viuos  
contra insensibilitatem carnis leprosa: lignum cedri  
num, contra eius putredinem, cedrus enim est impu-  
trabilis arbor, Hyssopum, q[uod] odorifera herba est, contra  
lepræ fætorem. Vermiculum quoque, qui est viui colo-  
ris, contra deformem eius aspectum. Unus vero passer  
aut lare permittebatur in agatis, quia leprosus redibat  
ad primitum statum die oœauro rasis pilis & vestibus,  
que infici solent per lepram. Postmodum offerebatur  
sacrificium pro peccato, nam lepra frequenter propter  
peccatum inducitur. Tingebarque extrellum auricu-  
la eius qui fuit mundandus, manus quoque dextræ, &  
pedis, quia in his partibus lepra primo dicitur atq[ue]  
sensitur. Addebantur etiam ritui huic tres liquores, vi  
delicet sanguis, contra sanguinis corruptionem, oleum  
ad designandum eius sanationem, vinum ad emundan-  
dum spurcitatem. Figuralis vero horum ratio est, Nam  
per duos passerem, Christi diuinitas designatur atq[ue] hu-  
manitas. Unus ergo passer super aquas viuas offertur  
quia Christi humanitas passa est, & merito suæ mör-  
tis aquæ baptismi virtutem mundandi distribuit. Ae-  
ter autem passer dicitur, quoniam Christi di-  
uinitas passioni non subdebatur. In institutione præce-  
re a ministrorum altaris tria siebant, primo enim purifi-  
cabantur, secundo consecrabantur. & tertio cultus  
dei applicabantur. Communiter autem omnes purifica-  
bantur per aquæ ablutionem, & sacrificia quedam.

D. DION. A RICK. CART.

Sed Leuitæ specialiter omnes corporis sui pilos radebant. Sacerdotes vero atque pontifices post ablutionem induabantur specialibus vestimentis, ad eorum dignitatem demonstrandam spectantibus. Sed pontifex specialiter oleounctionis vngebatur in capite, quia ab ipso derivabatur consecrandi potestas ad alios. Leuitæ quoque altam non habebat consecrationem, nisi quæ domino offerebantur a populo per manus pontificis, cuius fuit pro eis offerre. Sacerdotum autem minorum solæ manus consecrabantur, quia erant diuino cultui applicandæ. Et sanguine sacrificij tingebatur extremitas dextræ eorum, quatenus verbis legis auditis protinus obedirent. Pollices quoque manus ac pedis dexteri, quatenus agiles essent exequendo diuina. Ratio autem figuralis istorum est. Nam qui ad Christi ministerium consecrantur, primo ablueri sunt aquis baptismatis. Debent & pilos radere, id est, omnes cogitationes malas abducere. Deinde, ornari sanctimonia viræ, & vngi spiritu sancto & oleo eius, ac per hoc esse idonei ad spiritualia Christi obsequia. Impediebantur quoque in veteri lege a ministerio templi, propter corporales defectus: ne videlicet ministri templi propter defectum foris appareretem contemeretur, sicut diuina aliquo modo viscerent in cordibus populi. Voluit namque deus in uerentia eos haberi, propter quod spectalem eius decorem disposuit in consecratione & vestibus ordinans etiam ut non ad ministeretur ad ministerium templi, nisi ex una progenie, ut secundum successionem prosapiæ, posteri clariores venerabilioresque essent. Aduertendum vero quod pontifex octo ornamenta habuit, per quæ dispositio orbis terrarum secundum aliquos figuratur, quemadmodum in sapientiæ libro dicitur. In ueste Aaron scriptus erat orbis terrarum, ut ostenderetur pontifex esse creatoris mundi minister. Primo ergo habebat linam uestem, per quam terra exprimitur, de qua linum prouicitur. Secundo habebat tunicam hyacinthinam, in cuius inferioribus dependebat tinctinabula per circuitum, & mala punica. Hæc tunica cum sit coloris aerei sig-

Exod. 28.

Sapien. 17.

E P I T O . P A R S S E C V N .

nificat acrem, tintinabula quo designat tonitrua, et magna granata coruscationes ac fulgura. Tertio habuit super humerale, quod erat ex auro, hyacintho, purpura, cuccu que bis tincto, & byssio retorta. Super humeros quoque habebat duos onychinos lapides, in quibus sculpta extiterant nomina filiorum Israel. Humerale propter suam varietatem, designat cælū stellatum. Duo onychini duo hemisphaera, vel solem ac lunam. Quarto habebat rationale quadratum, quod ponebatur in pectore, & erat coniunctum superhumerali. Fuerunt in rationali duodecim gemmæ, in quibus scripta erant nomina duodecim filiorum Israel, ad insinuandum, quod pontifex onus totius populi super se ferret; & portauit nomina ista in pectore, quatenus de populi salute iugiter meditaretur in corde. Præcepit quoque dominus ponit in rationali doctrinam & veritatem, quia aliqua ad iusticiam & eruditio nem spectantia, scribebantur in rationali. Iudæi tamen fabulantur tuisse in rationali lapidem quendam qui secundum diuersos variebatur colores, secundum diuersa quæ debebant accidere filiis Israel. Per duodecim gemmas rationalis signantur duodecim signa Zodiaci, quæ erant in rationali; quoniam rationes inferiorum in cælestibus continentur. Quinto habebat balteum ex prædictis compositum, quo designatur Oceanus terræ cingens & ambiens. Sexto habebat Tiaram vel Cydarium: quæ figurat cælum Empyreum. Septimo habuit laminam auream in fronte pendente, & monumen domini conservatæ: quæ signat deum omnibus præsidet. Octavo habebat fœminalia linea. Hoc octo ornamentorum minores sacerdotes quatuor vrebantur, videlicet tunica linea, fœminalibus, tiara, ac balteo. Figuraliter vero per corporales Leuitarum defectus signantur peccata, quibz sacerdotes carere oportet. Prohibetur namque, ne sacerdos sit cæcus, id est indoctus, ne sit claudus, id est, inconstans, grandis vel parvo aut torto naso, id est, indiscretus. Nasus enim odores discernit. Ne sit fracto pede vel manu, id est, piger atque inagilis. Ne sit gibbosus, id est, terrena nimis desiderans, Ne sit lippus, id est

Leuit. 21.

D. DIONY. A RICK. CAR.  
terrena nimis desiderans : ne sit lippus , id est , intelle  
ctum carnali affectu obtenebratum habens : ne habeat  
maculam in oculo , id est , præsumptionem sanctitatis  
in corde : ne habeat iugem scabiem , id est perulantiam  
carnis ; ne habeat impetiginem , id est , auaritiam : nescie  
herniosus , id est , ponderosus , vt pote turpidumis pon  
dus gestans in corde , quamvis non exerceat nec exer  
quatur in opere . Porro per ornamenta signantur mi  
nistrorum dei virtutes , qbus porrissimum oportet sacer  
dotes ornari . Peccataria enim exprimitur casti  
tas . per tunicam lineam puritas viræ , per cingulum dis  
cretionis moderatio . Per tiaram caput regentem , anten  
tions rectitudine atque sinceritas . Ultra hæc autem de  
bent pontifices quatuor speciali modo habere , vnde  
et iugem dei memoriam diuina contemplando quod  
significatur per auream laminam , nomen dei haben  
tem in fronte pendente . Secundo tolerantiam plam  
infrimiratum vitiorumq; populi , quod superhumeralē de  
signat . Tertio sapientiam cordis per sollicitudinem cha  
ritatis , quod rationale significat . Quarto conuersati  
onem cælestem per opera perfectionis , quod tunica hya  
cinthina figurat , in cuius extremitate pendent rimbala  
bula aurea , quia pontifices sonare tulgere que debent di  
uinorum doctrinæ . Per mala quoque punica , unitas  
païs & vera designatur concordia . Quam nobis pra  
ficiat , dignius deusлагitor pacis & amator charitatis  
dominus noster Iesus Christus : qui est super omnia de  
us sublimis & benedictus . Amen .

¶ DE OBSERVANTIIIS clementia  
obseruantiarumque causis veteris legis . Articulus Septimus ,

Leuit.10.  
Lucæ.1.

Custodite spiritum vestrum , & nolite contami  
nare animas vestras : sed estote perfecti , incep  
entes sine querela in omnibus iustificationi  
bus domini dei vestri . Hæc enim voluntas dei sancti .